



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Bonum Universale. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

mandum esse; quanto magis aestimanda erit Beatorum  
Gloria, quæ est infinita in esse, & infinita in duratione?  
Est summa & sempiterna Gloria, summum & sempiter-  
num gaudium, summa & sempiterna beatitudo: similis  
beatitudini Dei, quæ duplici ratione in se infinita est, &  
in sua felicitàte, & in sua æternitate.

XXXV.

*Æternitas felicitàta, sine ulla successione  
ac divisione.*

Totum bonum, quod Æternitas Gloriæ apportare  
potest, simul conjungit & componit in unum. Enim-  
verò Beatus non apprehendit & gustat dumtaxat bonum  
& gaudium præsens, verum etiam illud gaudium o-  
mnium sæculorum futurorum. Ergò æternitas felicitàta,  
æternitas beatissima, beatus qui te possidet,  
beatus qui ad te anhelat & aspirat, & beatus, qui in  
corde suo tui conservat memoriam; siquidem confi-  
deratio tua securum medium est, quod ad tui conducit  
possessorem.

PARADISUS,  
*Bonum Universale.*

XXXVI.

*Bonum Universale, bonorum omnium  
possessio.*

IN beata illa patria perfecta aderit possessio omni boni,  
Iar redacti in unum solum & summum, quod est Deus,  
qui omnia omnibus, & omnibus omne bonum erit:  
*Honor noster, Deus noster: divitia nostra, Deus noster erit. S. August.*  
Et totum id, quidquid pulchri & boni in cunctis rebus *so. 20. serm.*  
desiderari potest; totum id, cum infinito excessu, Beatus *4;*  
possidet unitim in Deo. Unde bene ait D. Augustinus:  
*Quæ-*

Thom. de  
Kemp.

Quaecunq; hic varia quaris, unus ibi omnia Deo  
Quapropter dimitte omnia propter Deum, & invenies  
omnia in Deo.

XXXVII.

*Bonum Vniversale, propter æternam  
securitatem.*

S. Greg. in  
fine 7. Ps.  
Pœnt.

Quia ibi eris certa securitas, & secura æternitas  
æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, &  
suavitas, & suavis jucunditas. O securitatem dila-  
tatissimam! O æternitatem felicissimam! O tran-  
quillitatem beatissimam! O suavitatem, O jucunditatem  
dulcissimam & delicatissimam! Beatus, qui in tantum  
bonum collimat, mentisque figit obrutum, & qui  
ipsi mortuus, Deo soli vivit.

XXXVIII.

*Bonum Vniversale, propter beatam Dei  
Visionem.*

Apoc. 22.  
S. Bern.  
serm. 1. de  
divor.  
Apoc. 23. ex  
Arabico.

Videbunt faciem ejus, nempe Dei, que est principium  
origo, fons, oceanus, & immensum pelagus omnium  
Est torrens inundans lætitia, & flumen Gloria: vel  
alii legunt, beatificus Dei vultus est veluti quoddam  
mare, propter copiam & abundantiam gratiarum  
rumque, que abundantissime communicat ipsi Deo  
& ab illo vivifico ac Deifico mari absorbetur. Beatus  
totus immerfus gaudio & Essentiæ Dei.

XXXIX.

*Bonum Vniversale, quod acquiritur per  
Crucem.*

S. Pet. c. 1.

Sed modicum nunc oportet contristari, in variis  
tionibus. Priusquam tam inexplicabile, tam altum  
tingamus bonum, per viam crucis ambulemus, necesse  
est. Sed ecce differentiam inter laborem & præmium  
Præmium, quod acquiritur, est præmium quoddam

Universale, & infinitum in quantitate, & in duratione, quia est immensum & æternum; at labor crucis est modicus, valde exiguus est in quantitate, & brevis in duratione, est crux instantanea, & momentanea, punctum in intentione, & momentum in duratione: sed est punctum, quod nobis acquirit immensitatem Gloriæ, & est momentum, quod comparat nobis paradisi æternitatem.

XL.

*Bonum Universale, quod universali etiam tribulatione, & pœna comparandum esset.*

*Eterna Gloria æternò labore esset emenda. Verùm misericordia Dei tantùm haud petit, sed pauxillo contenta est: dat cœlum pro siliqua terræ, dat æternitatem pro momento temporis: *Damus luxum*, dicebat S. Cæcilia, *In actibus accipimus aurum*: cum operum nostrorum vilitas exaltet ac nobiliteretur valore Gratiæ. Sed hoc pauxillum, quantumcunque est, & datur pro gloria, totum dari debet: quia hoc ipsum est, quod à nobis Dominus postulat, nimirum, ut ex toto ei serviamus, eumque amemus. Et hac solutione optimè contentus est, qui enim dat totum, dat omnia: & non parùm, sed multùm dat, quia tantùm dat, quantum habet.*

## PARADISUS,

*Admiratio Justorum.*

XLI.

*Paradisus, admiratio Iustorum, propter pramium Beatorum, & pœnam Damnatorum.*

*Vita nosira, stupor & pavor. Et vult dicere: homo Esdr. li. 4. Christianus in hac vitâ vivere debet in continuo c. 4. stupore*